

Constitutio Magni Ducis Ba-  
siliū filii Demetrii, de quo fit men-  
tio in vita Sancti Alexii Metropolitae

94-

Ecce ego magnus Dux, Basilius Demetrii  
filius, sedens cum patre meo Cypriano  
Metropolita Nijoviensi et totius Russiæ,  
confirmavimus antiquum Nomocanonem  
de judiciis Ecclesiasticis prout decreverunt  
majores mei, Sanctus princeps Vladimi-  
rus, et filius ejus Magnus Dux, totius  
Russiæ Jaroslans. Volumus itaque ac  
in perpetuum statuimus, ut omnia jura  
ac privilegia Ecclesie Metropolitanæ,  
et aliarum eidem subjectarum serventur  
iuxta leges pristinas inviolabiliter, non  
obstantibus quibus cunque et maneat  
firma ac immobilia, pro ut eadem præ-  
dicti divi et magni principes, tradiderunt  
ac corroboraverunt.

